

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta**

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

In Timoleontem annotationes

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

IN PLVT. TIMOLEONTEM ANNOTA-  
tiones Guil. Xylandri & Herm. Cruserii,  
interpretum.

**S**ubsequitur hæc historia vitam Dionis à Plutarcho nostro descriptam. Eadem apud Diodorum Siculum extat lib. 16. quem nonnulli Philippum inscribunt. Quo ex libro satis apparet, res gestas eius in Olympiadem 108. incidisse, quo tempore bellum sacrum sive Phocicum à Philippo Alexandri Magni patre confectum est. Apud Romanos à qualem habuit M. Valeriam, qui primus Corvinus dicitur est. Timoleonis res gestas Timæum peculiari opere exornasse, auctor est ad Luceum Cicerus: sed id nihil ad nostrum institutum. Viderisane potest Aemilia vita ante hanc ponenda, quod & ex prefatione illius apparet, & sequitur est interpres Gallicus, quia etiam in Lutino libro Paulus ante Timoleontem ponitur. Sed nos exemplar nostrum, & morem alias Plutarchovitatum sequimur, præsertim quum nihil obstante ea qua dixi Plutarchi verba: & ipse in Demosthene videatur ostendere, se aetate superioris vitam solitum priori loco exponere.

**236. b.** *Et dissensio orta est inter eos qui Dionis in liberan-  
dis Syracusanis facili fuerant* ] Xyl. verit, D spatis iis qui in ad-  
serenda libertate Syracusanum Dionem adiunserant. Et an o-  
tat, διστορεῖται in Græco, quod Antonius Tudertinus inter-  
pres contra vocabuli naturam & historia rationem, Insurge-  
re reddit. Idem nullo sensu extulit quod de militibus catervas  
urbes obtinentibus dicitur: & (ut uno verbo dicam) plera-  
que & hic & alibi negligenter transtulit, sicut locis o-  
stendam aliquot. Paulo post pro cypriano, l. g. i. u. 1. nam  
milites non solebant nullo stipendio tyrannis inservire.

**Ibid. e.** *Occulta iam colloquia habuerat cum Carthaginensi-  
bus* ] κρύφα διελεγκτη, quod fuit Στόν τὸν σφλέγδων, Colloqui. Nam  
nihil est sensus in Tudertina versione.

**237. a.** *Timoleontem Timodemum* ] Timæneti est apud Dio-  
dorum Sicul.

**Ibid. c.** *Atque his in rebus erat ei Timoleon adiutor* ] Absur-  
dead Timophanem isthac retulit Antonius: & quod est in  
Græco, ἀντί ιδίων εξιφερεταια, admodum infacet ad urbani-  
tates nescio quas & facetias detorsit. Vocat autem αἰσθα, e-  
legantia & quæ commendare hominem possent. πάνονδανον  
καὶ δια μανι αἴσθη, αἰδεσμον, χάρει, hoc vocabulo notari re-  
stantur etiam lexicographi, id est rem alicuius precii, admira-  
tione, veneratione, gratia dignam: quomodo Stephanus a-  
pud Lucam cap. 7. Act. Apoll. de Mose, καὶ λα αἴσθεις τοῦ θεοῦ,  
εταq. gratus seu acceptus Deo. Sic de veratro usurpauit Stra-  
bo, non indisertus aut or, lib. 9. Post Crissam, inquit, Anti-  
cyra est. Hoc nomine & alia est urbs ad Maliacum sinum sub  
Oeta, ubi præstantem elleborum (εὐελέπον τὸν αἴσθεον) nasci-  
aiunt: sed in hac Anticyra rectius præparati, &c. Interpres  
ibi Urbanum elleborum verit, admodum inurbanus ipse.  
Isti autem (quos supra notau) emendatores neglexerunt hoc,  
ut innumera alia. nihil enim curat Hippocrides. Et vero  
qui Latinum legit Strabonem, aut Græci sermonis esset  
imperior, dubitate poterat quidnam rei esset urbanum ve-  
rarium, ruraline opponeretur, an sponte sua nascenti, quum  
hoc videatur vocabulo urbani indicati. Latine enim vix di-  
ces Urbanum vinum, Urbanam carnem, pro bona & præ-  
stanti. Vide, si libet, Plinium l. 25. cap. 5. Hoc obiter mo-  
nere, neque ab isto loco neque à proposito nostro vñsum fuit  
alienum.

**238. d.** *Leterar quidem, inquit, si haec gessem* ] Paulo pla-  
nius in vita Phocionis hoc dictum proponit, & in Apoph-  
thegmatis. Val. lib. 3. cap. ultimo, explicat fusius ac dis-  
tinctius. nam hic non nihil est obscuritatis, quam auxit inter-  
pres.

**240. a.** *Et illas quæ cum Icete erant, quæ arum ad ducatum ve-  
nerant, copias* ] Xyl. totum bunc locum sic vertit, Videbatur  
autem fieri non posse ut vel barbarorum naues duplæ ad ipsorum  
classis numerum, vel s. ar. iis eniatatis, in insulam tenuissent, Icete  
copias superarent. Et annotat: ἡ σπαρτιών τὰ μαχετέμ. Omisit hanc  
particulari Tudertinus: id quod fieri sine magna sententia  
iactura non potuit: quum altera pars deliberationis in eo fue-  
rit posita, si Siciliam attigissent, quomodo bellum aduersus  
hostium copias deberent gerere. Est autem non ἡ, sed ἀlegendum. Et significat hoc loco σπαρτιών, Arte vel con-  
silio imperatorio (quod Stratagema dicitur) vt: quali astu

deceptis Pœnis in Siciliam peruenit Timoleon. Inde est  
compositum κατασπαρτιών, vox Plutarcho non inusitata: est-  
que paulo post κατασπαρτιών, Callido imperatoris consilio  
superatum esse.

**Ibid. e.** *Indigne ferentes impositum sibi esse, iocum præbuerunt  
Rheginis quod Pœni dissiplicerent fallacia* ] Διατελεῖ τὸν Πρήβοις  
ταπτίζον. Nimirum quam inopere & imperite Tudertinus, Καρθα-  
ginienses Rheginos admonebant, quod si Phœnices sint, ut qui per  
fraudem abierunt, inimicentur. quasi vero Pœni petuisse à  
Rheginis ut si ipsi faueant, Corinthi orum inimici fiant, Plu-  
tarchus scriplerit: aut hæc interpres verba absque interpre-  
te intelligi possint. Sensus est: Pœni stomachantibus quod  
fraude essent à Timoleonte circumventi, subiit Rheginis ri-  
dere & vocati de eorum peruersitate, qui omnium hominum  
infidissimi & fraudulentissimi, in aliis reprehenderent id  
quod prope sibilaudi ducerent, vnicque usurpatent. Nam  
Pœnorum astus & fides lubrica, etiam prouerbii nobilitata  
est: & tunc contra Cretenses cretizauit Timoleon. Φοίνικας  
aliquoties hic vocat Pœnos Plutarchus: cuius rei vulgo  
nomen est: scilicet à Didone ex Phœnicia in Africam deductam  
coloniam, & conditam Carthaginem. Διατελεῖ autem ma-  
teriam risus & iocorum ac facieiæ significare, non est nouum:  
& sic in Petile de Damone dixerat Plutarchus, οὐασπα-  
ριον, καὶ παρεχοῦ τὴν κομικῶν διατελεῖ. & in vita Atati, Διατε-  
λεῖ οἱ τὸ Διόφοι τοιούτοις προσχόντες ἀπολαγόντες. Sic  
& Dio noster lib. 47. de M. Varrone, καὶ οἱ Διατελεῖν καὶ γίλα-  
νοτι τῷ φρίσιον.

**244. a.** *Quidam alterum eorum gladio secundum caput vul-  
nerat* ] Totam historiam que profecto ostendit quid calus in  
rebus humanis possit, Tudertinus deprauavit, & Timo-  
onis socium dixit ab altero percussorum istum: quum alter per-  
cussorum à quodam sacrificio adstante, cæsus aperte dicatur.  
Neque enim est ἐργασία in Græco, sed ἐργασία: & si illud fuisset,  
quid vocis ἐργασία fieret? aut quid significaret? ut cur Timole-  
ontis socium potius quam percussoris indicaret?

**Ibid. b.** *Corinthi hinc homini præmium decem minas donau-  
erunt* ] Ιστορίας δικα μαν. quod ad verbum est, Coronauerunt  
decem minis: ut videri possit de corona accipitndum. Ego  
tamen puto vocem ἐργασία in genere hic esse Præmio affi-  
cere. Sicut coronæ erant facinorū, aliquando & victoriarum,  
præmia. Ita etiam in Dionē nostet autor loquitur, οἱ μὲν Συε-  
νοὶ οἱ τοῦ ζεύκους ικανοὶ γραπταὶ στοιχεῖα.

**Ibid. d.** *Ut omnes decatata molim & denunciata am, que occu-  
patura Siciliam esset, existimarent adesse barbarum* ] Xyl.  
verit, *Quare omnibus ianuæ videbatur fore id quod disferebatur  
meuebaturq., ut Sicilia plane in potestatem barbarorum veniret.*  
sicque in hunc locum annotat: πλοὺς πάλαι λεγομένους καὶ περισ-  
τηρίους εὐελέποντας. En quā insulæ locum aperit sublimum  
noster. Tantam inquit vñsum fuisse Punicam classem, ut om-  
nen priscam futuramque barbarum (hoc enim vocabulo po-  
pulum barbarum, aut nationem barbaricam intelligit) in Si-  
ciliam traicere putares. Est autem εὐελέποντας, nihil tale, sed  
quum à barbaris occupatur regio aliqua, & in barbaricam qua-  
si redigitur: sicut maiorum & nostra atate à Turcis Vngariæ  
& Illyrici partes quædam. Hanc calamitatē qui accipiunt,  
εὐελέποντα multis Græcis scriptoribus dicuntur: & voca-  
bulo εὐελέποντας, In barbaricam redigere, mox ipse vñsum  
Plutarchus: & de Epheso initio Lysandri, περιστονοντος εὐελέ-  
ποντας. & est alias etiam βαρβαροῦμα pass. Barbarus sio. Hinc  
illud Tyndarei ad Menelaum prope adagium apud Euripidem  
Oreste, Βαρβαροῦμα γίνεται, οὐ διαβαροῦμα. Non multo post, id  
quod de Syracusis dicitur, eam ex multis constare partibus,  
& quasi urbibus, misere deprauata loci totius sententia, ad  
Achradinam detorsit. Quod enim βαρβαροῦς (Brutios) Bracteos  
verit, ridiculum est: sicut & infra Λευκανοῖς Leucanos dixit,  
pro Lucanis.

**246. d.** *Ut qui hoc audiant, celebrant felicitatem eius quam  
virtutem impensis* ] Μετανοεῖν τὰ μαχετέμ. Tudertinus  
obscurus: *Quo felicitatem viri magis qui audiant, quam laudes  
eius mirentur.* Audit autem Plutarchus ad id quod in philo-  
sophia explicatur, felicitatem esse aliquid virtute sublimius  
& perfectius: & ut virtus ludem meretur, ita in illam  
laude aliquid præstantius, nempe honorem & admiratio-  
nem secum trahere. Qua de re disputat Aristoteles cum a-

## ANNOTATIONES.

23

libi, tum lib. ad Eudemum secundi initio, & cap. 12. lib. 1. Ethicorum ad Nicomachum. Porro autem hic prospira fortuna largo vulgi iudicio pro ipsa felicitate sumitur, *εὐτυχίας αἵνις εὐδαιμονίας*: quæ quid differant, alibi docetur.

247. d. *Vt est Athanæ autor*] Ως Αθανᾶς ἐπίκουος. Sed & interpres A' d'āvīc legit, & ita legendū coniūcio ex Diodoro Siculo, qui proxime finem lib. 15. eius reminit, A' d'āvīc, inquiens, *εἰς τὸ Σύγχρονον τοιούτοις*, vbi ostendit quo libris quorum temporum historiam is exposuerit. De victoria Gelonis de Carthaginensis bus, vide Diodorum lib. 11.

248. d. *ad Crimisum annem*] *Κείμενον τελικού*, eo quod constanter ita hic legitur. Sane Crimisum per iām malim, ex Strabonis lib. 6. Dionys. Halic. lib. 1. vbi de Ægesta Siciliae loquitur: ex Suida & aliis. Apud Virgil. fere in omnibus codicibus lib. 5. & in Servianis etiam commentatiis, Crinisus, N pro M posito (sed vitiōse) inuenias. apud Lycophronem & eius interpretē Zezem, duplī & Crimissus legitur.

249. b. *Has sequebantur decem millia peditum armatorum clypeis candidis*] μυεῖσιν ἵπποις. Puto autem certum (vt & alias fieri assolet) numerum hic significari: idque etiam ex Diodoro apparer. nam interpres incertum accepit.

250. a. *Quibus Paenī impediti afflatabantur χαλεποῖς απόμαχοι*. Tudertinus, seu oscitania seu ignoranta Græci sermonis, difficulter liberatos reddit. Est enim *ἀπάντησιν*, Liberare, sed quum transitia (vt vocant) est & accusatio construitur. Absolute positum aliter significat. Sic paulo ante dixerat noster hoc ipso libro, *ἀποφαλων τοὺς χαλεποὺς απόμαχοι*. Erant in extremo discimine constituti. Sic & Polyb. lib. 1. de nauibus, *κακοῖς τοῖς απάντησιν*. Sic alii.

251. a. *Vt iniunctos & omnium mortalium fortissimos*] Quod quid sit, est nimis quam notum. Interpres, Fide dignissimos extulit, non optima fide. Iam quod conspirationem Messanæ factam esse ait, est contra verba auctoris. Philodemum autem Philodemum (*Φιλόδημος*) vocat Plutarchus constanter, nisi si fallunt codices adstipulantur certe Diodoro & Iustini exemplaria, lib. 9. & in Phocicis Paulinias.

Ibid. e. *Atque ita vltio*] Xyl. vertit, *Adeo vindicta divina*, annotaque, Sic τών δικών vtri possit arbitror. Interpres locum peruerterat. μηδεμία est, non μηδεμία, legendū: & post in Mamerici vrtu mensura postulat χρυσαλεψιανή πλάτην. Spandaicū in hoc genere admitti necio negauerit, nisi qui ne Latinos quidem scriptores cognovit.

Ibid. *Dum in Calauria Timoleon castra mouit*] Xyl. vertit, *Quum Timoleon Calauriam exercitum duxisset*: annotaque, Non est obscurum, notari aliquem hoc nomine Siciliae locū, tamē si nihil de eo nobis aliunde constet. Ad Calabriam quidem Italiz regionem detorquere, vt fecit Tudertinus,

aut insulam Peloponnesi Trœzeni oppositam (quod posse fortassis somniare Geographiæ imperitus) historia non finit. Ne cetera quidem noster recte reddidit.

252. b. *Corinthia exsistent domo si famine*] Xyl. vertit, *Corinθια μητρικες exsistent domo*: annotaque, Non tatis expressie scomma Tudertinus, nescio quam recte intellexerit. Exprobaret autem Corinthiis molliciem Euthymus, & curiositatem, quod imbellies ipsi, domi tamen se non continereat, sed alienis rebus ingererent. Atque ad hoc dipterum abusus erat versu Euripideo, quanquam alio detorto, & (vti solle) hoc modo faceti homines facere) crinibus quasi attracto. Est autem in Medea tragœdia versus iste, exordium excusationis qua Medea se Corinthiis matronis purgat, quod eo, relata patia accessisset. ibi τὴν πρώτην personā est, singularis numeri: Euthymus protertia persona pluralis numeri (nam eodem modo & hæc enunciatur) arripiens, diuersissimo sensu in Corinthios torsit, vocatiis quoque illis *Κορινθιαὶ γυναικεῖαι*, nominatiuorum loco acceptis: atque ita versiculum quasi prouerbiale fecit. Argutum sane cauillum, nisi materia forma officeret. Martialis minori periculo ad Homeri versum allusit, in coqui nomine substantando:

*Quum tibi M. stylus coquus A' Emiliane vocetur. Dicatur quare non Taratalla mihi?* Est enim apud Homerum in victima maectanda de ministris, *Μισυμόντις δραπέτης*, utinatum est.

Ibid. d. *Cum pecunia & familia commigrare*] Xyl. vertit: *Bonū sua & liberos restituerent: annotaque, χειρισταὶ οὐρανοῖς*. Sic in Pompeio etiam loquitur de piratis, *θύραι τοῦ θεοῦ καὶ χειρισταὶ φρουροὶ τοῦ Ταῦρον εἴχον*, atque ita alibi etiam.

253. d. *Domi extruēto sacello Casus, sacrificabat ei*] Xyl. vertit. Et quum apud domum suam fanum conderet, *Fortis fortuna aram posuit*. annotaq; *Αὐτοματιας εἴησε*, Tudertinus videtur *αὐτοματιας* legisse. Æmilius Probus in Vita Timoleontis, hoc ipsum referens, Domi (inquit) sua sacellum Automatas constituerat, idque sanctissime colebat. Ego fortis Fortunæ, Latine verti recte censeo. Sed & Plutarchus in lib. Quomodo citra inuidiam se quispiam laudet, & in Civilibus præceptiis, meminit aras *αὐτοματιας* à Timoleonte dedicatae. Itaque hic lego, *ἱερὸν δρυομένος αὐτοματιας εἴησε*, quod verbum facile intelligitur, etiam omissum. Nam ob id ponebatur arā vt in ea sacrificaretur. Laphystium, Probus Lamestium, vocat: sed non multum ei libro fidei adhibeo contra alios.

255. a. *Lecto denique in rogum illato*] Xyl. vertit, *Feretro in rogum imposito*. & annotat, Hoc enim vult sibi *τὸν καίνον θησαυρὸν περιέχειν*, non, iam cremato corpore: id quod noster Manonis versu supposuit, *μέρον*, vt aiunt, *θησαυρὸν*.

## IN ÆMILIVM PAVL. ANNOTATIONES GVIL.

Xylandri & Herin. Cruserii interpretum.

LÆmilii Pauli ætas nota satis est, præsertim ob Perseum regem Macedoniæ ab eo debellatum: de quo triumphauit anno V. C. DXXVII.

255. d. *Democritus enim optandum ait*] Locus est hic nequam omnium intell. gentiæ patens: i. deoq; Aretinum etiam, hominem, vt accepimus, doctissimum fecellit, ignorantem aut non recordantem quænam Democriti idola essent. Finxit autem Democritus imagines quasdatu (εἰδῶλα) sic exprimo, Ciceronem sequutus) à natura fusas, quæ vbique in toto orbe terrarum suos haberent circuitus, & vbique omnibus obuersarentur, iisq; animi hominum pulsarentur: quana sententiam & explicat copiose, & disputando ventilat lib. De natura deorum primo M. Tullius. Neque grauabor verba eiusdem adscribere, de epistola quadam ad C. Cassium, (quem fuius Epicureum, ex Cicerone & Plutarchi Bruto constat: sicut & hoc notum est, Epicurum Democriticam habuisse philosophiam, mutatis & adiectis quæ vellet) quæ extat in libro Familiarium epistolarum decimoquinto. Fit enim (ait) nescio qui, vt quasi coram adesse videare, quum scribo aliquid ad te: neque id εἰδῶλα φαντασίας, vt dicunt amici tui noui, qui putant etiam φαντασίας φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam, nete fugiat, Catius Insuber Epicureus, qui nuper est mortuus, quæ ille Gargettius (sic vocat Epicurum, a Gargetto Attico loco, eius natus) & ante Democritus εἰδῶλα, hic Spectra nominat. His autem spectris

si oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt; animus qui possit, ego non video. Quibus verbis opinor plurimum lucis nostro loco adferri, & vicissim. Iam εἰδῶλα εὐλογεῖ, si omnino sit legendum, (nam & in lib. Plutarchi De oraculis defectis ita legitur, & haud scio an eo sit usus h̄c vocabulo Democritus: usus quidem etiam alias verbis minime in communem consuetudinem loquendi receptis, vt exempli causa πνευμῷ Επῆ, Θεοῖς, quæ Aristoteles libro i primæ Philosophiæ, interpretatur σχῆμα, θεοῖς, ταῖς, alioquin εὐλογεῖ fortassis prætulerim, si qua autoritate id confirmare liceat) si inquam εὐλογεῖ recte legitur, licebit sumpta ex sequentibus Plutarchi verbis coniecura εὐλογεῖ interpretati ποίησιον ή δημόσιον, hoc est commodum & quasi familiare. Neque enim ab ludet επιμηνίῳ si θεοὶ ηλεγχόνται deducas, quod est Sorte obtinuisse aut accepisse, à verbo λαγχάνει medio: unde illud apud Theocratum Idyll. 4. Αἴ τοι τὸ σπλαγχνὰ δάμνον, οὐ μὲν ελεγόντει, *Heu quam me duro subiecti fors mea fato*. Itaque εὐλογεῖ erat, Quod nobis bona fortuna & prospera sorte obtigit, nempe opportunum & commodum. Quo facit quod in eo quem dixi, Plutarchi loco, hisce διεργάματα & μοχθης opponuntur Tristia & aduersa, seu praua.

256. a. *Mamercum*] Μάμερος in Græco, non Māpros legendū ex Numapate.

Ibid. c. *Primum ex maioribus magistratibus adiutum can-*